



Theologiae Moralis Super Decalogum Seu Decem Dei Præcepta Pars ...

Tractatus V. Ad Præcepta II. Tabulæ De Delictis Contra Justitiam, Seu
Injusta læsione Proximi in Bonis Animæ, Vitæ seu Corporis, Famæ,
Fortunæ & c. Ac Restitutione Inde Debita

Sporer, Patricius

Salisburgi, 1713

Sectio VI. De injusta læsione honoris proximi, ejúsque restitutione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60167](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60167)

endo famam alteri, sicut licet in debitis pecuniis: ut supra latius ostensum est.

129 IV. Dixi autem semper talem infamantem teneri pecuniâ compensare famam ablatam, *justitia commutativa*, & in foro conscientia; certè tenebitur ex *justitia vindicativa* in foro no, si Judex in pœnam criminis infamatorum nat pecuniarum satisfactionem ex æquitate imo applicandam. Item per accidens etiam *justitia commutativa* tenebitur infamator imo pecuniâ compensare damna temporalia a famatione consecuta; ut si exinde officium, tatem, servitium vel lucrum amisit, ut §. 1. Item ex Charitate, & æquitate naturali quam aliàs, tenebitur infamator in aliqualem pensationem injuriæ illatæ, pecuniâ vel opere rere infamato in necessitate constituto, ut admonent.

SECTIO VI.

De injusta læsione honoris proximi ejusque restitutione.

SUMMARIUM.

130. *Lesio honoris seu inhonoratio est duplex, negativa & positiva.*
132. *Inhonoratio negativa, seu honoris omissio per se facta, veniale est, non mortale,*
133. *Nisi simul sit contra justitiam.*
134. *Aut quandoque per accidens, quando scilicet sit ex proprio affectu &c.*
135. *Contumelia est injusta ablatio, vel diminutio honoris.*
135. *Facta in presentia, vel quasi presentia patientis.*
137. *Est peccatum mortale ex genere suo contra justitiam.*

138. Ad contumeliam formalem & mortalem, non semper necessaria est intentio directa, sed sufficit etiam indirecta.
 139. Contumelia materialis est tantum peccatum veniale.
 140. Quandoque etiam omnino nullum.
 141. Contumelia quatuor modis fieri solet I. verbo.
 142. II. Lusu, seu illusionem, irrisione &c.
 143. III. Facto seu vi illata &c. &
 144. IV. Scripto, seu libello famoso affixo, sparso &c.
 145. Quocumque autem ex his modis fiat, per se semper est ejusdem speciei.
 146. Et quatenus vel quando est illativa damni, inducit obligationem reparandi honorem.
 147. Non vero quatenus, vel quando solum infert injuriam.
 148. Assignantur quatuor modi, quibus honor lesus sufficienter restitui potest.

Lesio honoris, seu inhonoratio duplex est; I. una negativa, & per omissionem honoris exhibendi alteri; ut viro honorato non assurgere, caput non aperire &c. altera positiva, & per commissionem alicujus contra honorem alterius, dicto, facto, vel scripto &c. quo scilicet protestamur, seu manifestamus malam, seu nullam bonam nostram de altero existimationem. Et hæc dicitur contumelia latè sumpta.

ASSERTIO VI.

Lesio honoris, seu inhonoratio negativa tantum, per se & ordinariè tantum veniale est contra observantiam virtutem: positiva vero inhonoratio, seu contumelia est injusta ablatio vel diminutio honoris alterius, facta in presentia, vel quasi presentia patientis illam: peccatum mortale ex genere suo contra justitiam: fitq; verbo, lusu, facto, scripto; per se semper ejusdem speciei: ideoq; etiam indu-

602 *Tract. V. in VIII. Præcept. Decalogi Cap. II.*
inducit obligationem justitiæ honorem lesu-
randi, quatenus revera damnum patiatur
ratus, seu quatenus damnum infert; non
quatenus præcisè infert injuriam. Ita
passim.

§. I.

Inhonoratio negativa per se veniale.

132 **N**imirum omissio honoris exhibendi per
protestantia bonam nostram existimatio-
de alterius excellentia vel bonitate in circum-
stantiis debitis personæ, loci, temporis, & modi
randi, per se ordinariè est tantum veniale
tum contra virtutem observantiæ: ut ex com-
muni docet Lessius *c. 12. dub. 27.* & optimè explicat
Lugo *cit. Sess. 11. disp. 14.* Ratio est: quia
observantiæ affirmativè non obligat, nisi in
circumstantiis ad honorem exhibendum: qua-
rum circumstantiæ rarè concurrunt. Neque obligat
viter, cum ex ommissione talis honoris per se
guum, vel nullum damnum proximo sequatur,
si alia obligatio vel malitia concurrat: ergo
solum veniale erit.

133 Erit autem etiam mortale, quando simul
contra justitiæ, quando nimirum ipsa justitiæ
ligat ad honorem alteri exhibendum: ut Principi
in recognitionem suæ excellentiæ, & potestatis
supremæ super nos, ex justitiâ debetur honoratio
seu protestatio vel professio nostræ de eo existima-
tionis & submissionis: adeoque graviter peccat
qui Principi occurrenti voluntariè & deliberatè
exhibet

exhiberet honoris signa. Deinde quando omissio honoris cederet in dehonorationem proximi apud alios, quia & ideo illi de ipso etiam minorem estimationem concipient: & maximè si fieret directa intentione inhonorandi ita alterum; quia etsi ex iustitia tu pro te non teneris actum positivum honoris exhibere alteri, ex iustitia tamen teneris scienter alterius apud alios honorem non impedire, vel auferre; ideoq; peccabis contra iustitiam ex genere suo mortaliter, æquè sicut in detractioe.

Per accidens denique peccatum mortale erit, & 134 utique sæpe est, quando omittitur honor exhibendus ex maligno affectu, odio, inimicitia, vindicta, contemptu proprio, vel ad inducendum in contemptum aliorum. Item quando accedit scandalum aliorum: maximè cum honor negatur Superiori, Sacerdoti, Religioso &c. palam coram aliis, etsi ex nulla prava intentione fieret, sed levitate, vel negligentia tantum: sæpe enim potest oriri grave scandalum, vel aliorum videntium, vel ipsius personæ honorandæ, utpotè ejus gravis indignatio, iracundia &c. Vide *Lessium & Lugo* locis cit. Et nos plura supra c. I. de scandalo. Deinceps ergo de sola inhonoratione positiva seu contumelia sermo erit.

§. III.

Contumelia est injusta ablatio, vel diminutio honoris.

Significatur essentialis differentia contumelia à detractioe: per detractioem enim propalando alterius falsum, vel verum occultam crimen, aufer-

aufertur alicui fama, seu defacto jam habita
 existimatio de ejus excellentia, vel bonitate
 audientes: per contumeliam verò exhibendo
 cui signum protestativum malæ, vel nullius
 estimationis de ejus dignitate, vel bonitate, aufertur
 illi honor, non quidem quasi jam habitus,
 honor habendus; nimirum auferendo, vel
 nuendo ei statum suæ dignitatis, vel excellen-
 æstimatæ, unde ei honor ab omnibus debetur
 & constituendo eum quasi in statu indignitatis
 vel dedecoris, quasi ei honor amplius non debetur,
 seu nemo debeat amplius contestari existimati-
 onem de illius excellentia: unde contumelia
 semper quidem est injuriosa; non tamen semper
 sed tantum, si sequatur effectus, ut ratione cujus
 tumeliæ ei reverà honor negetur, vel negari possit
 etiam erit damnosa cum onere restitutionis: unde
 amplius dicam §. 4. Quamvis autem detractio
 contumelia, seu læsio famæ & honoris ordinari
 conjuncta sint, aut in ipso actu, ut si alteri coram
 aliis crimen in faciem objicias, aut saltem in
 actu; semper enim ex eo, quòd alteri coram
 contumeliam inferas, auferri, vel minui possit
 apud alios bona fama, seu existimatio habita de
 eo: sæpè tamen etiam separari possunt: ut si
 sui in occulto crimen objecisti, alapam inflixisti
 sublannasti &c. idque occultum mansit; non
 sufficit famam per detractionem, tamen graviter
 sufficit honorem per contumeliam. E contra: si
 cui in præsentia coram aliis crimina, vel defectus
 objecisti, nemine tamen credente; non læsisti
 famam

nam per detractionem in effectu, nec consequenter restituere teneris famam; læsisti tamen graviter honorem per contumeliam, eúmque reparare obligaberis. Similiter si alicui absentis gravia crimina imposuisti, gravis est detractio contra famam: at verò non semper gravis est contumelia contra honorem, maximè si caveas, ne alter reiciat, eo ipso enim ipsum honoras aliquo modo, & revereris, ideóque contumelia non erit, sed solum detractio: & ideo in definitione addidi:

Facta in presentia, vel quasi presentia patientis illam.

Sicut enim honor, seu proteltatio bonæ existimationis nostræ de alterius excellentiâ, vel dignitate: ita etiam contumelia, seu contraria proteltatio malæ existimationis nostræ de indignitate vel vilitate alterius necessariò debet fieri ea intentione & modo, ut alter intelligat se honoratum, vel inhonoratum esse: adeóque necessariò debet fieri in aliquali ejus præsentia, sive in persona, sive in signo, vel imagine, sive saltem in intentione agentis: ut nimirum contumelians intendat, & velit hoc alterum scire; quòd si enim, ut dictum est, ille caveat, ne alter reiciat, hoc ipso ipsum honorat, ideóque desinit esse contumelia, & manet pura detractio, vel saltem maledicentia. Quæ est altera differentia inter detractionem, & contumeliam; quòd contumelia seu læsio honoris per modum rapinæ, ordinariè in manifesto fieri solet contra præsentem; quamvis etiam fieri possit in absentem corporaliter, ut dictum est: v. g. inhonoran-

norando ejus signum, imaginem, statuam, aut tractando coram aliis, ex intentione, ut reus vel quasi præsens esset. Detractio verò, seu læsio, quæ per modum furti ordinariè fieri solet in occulto, & contra absentem; quamvis etiam facta præfenti, maneat vera detractio simul, & contumelia, ut si alicui coram pluribus occultum vitium indicias, hoc ipso simul detractio ista induit rationem contumeliæ, ut supra diximus. Jam quoad mortem dixi:

Peccatum mortale ex genere suo contra justitiam.

137 **O**Mnes cum S. Thoma *cit. 4. 2.* & sumitur, mis clarè ex illo Matth. 5. *qui dixerit fratri suo; fatue, reus erit gehenna ignis:* gehenna autem est pœna folius peccati mortalis: ergo. Apostolus *ad Roman. 1.* contumeliosos numerat inter illos, quos DEUS in reprobum sensum delinquit. Ratio clara est: quia lædens alterum in jure suo ad magnum aliquod bonum, peccat mortaliter contra justitiam: sed per contumeliam lædens proximus in jure suo ad magnum bonum, scilicet honorem accipiendum, qui bonis fortunæ locum antefertur: ergo est peccatum mortale contra justitiam. Sed nunquid gravius detractio? Affirmant *Lessius, Tannerus*, & alii multi: & verum est, quando contumelia simul includit detractioem seu læsionem honoris, & famæ simul, ut si alicui præfenti coram aliis in faciam obprobrium, crimen, vel defectum occultum: si verò contumelia

Contumelia sola sit, & solam læsionem honoris contineat, probabilius negant cum aliis *Laym. & Lugo cit.* cum plus sit ipsa bona fama & existimatio, quàm lædit detractor, quàm protestatio, vel confessio tantum bonæ existimationis de alio, seu honor, quem aufert contumelia.

Cæterum ad contumeliam formalem & mortalem non semper requiritur intentio directa, & formalis ipsius operantis inhonorandi, seu lædendi honorem alterius; sed etiam sufficit intentio indirecta, virtualis, & ipsius operis; ut nimirum quis scienter talem actionem exerceat, ex qua alterius honor suapte naturâ minuitur: ut si virum honestum fustè percutias; licet honori ejus derogare non intendas expressè, mortalem tamen contumeliam inferis. An verò sufficiat intentio indirecta seu voluntarium indirectum in causa culpabiliter posita: ut si quis voluntariè se inebriet, sciens tamen se in ebrietate solere alios contumeliis afficere, & sic ebrius reverà afficiat, percutiat, illudat &c. *xx.* Non sufficere ad contumeliam mortalem propriè dictam: eo quòd tunc in communi saltem humana existimatione prudenti non multum censeatur lædi honor alterius: sufficere tamen ad hoc, ut homini voluntaria imputetur injusta læsio honoris, & damnum secutum, juxta dicta de homicidio.

Contumelia ergò materialis tantum excusatur à mortali, & venialis tantum erit: imprimis ex imperfectione actûs, ut si fiat ex inadvertentia, inde liberatione, subita passione, aut etiam joci causâ: qua

138

139

qua ratione plerumque excusatur communitim illa appellatio *stulti*. Deinde ex parvitate materiae ut si contumelia vel in se ipsa levis sit, vel contumeliam ratione personæ, cui infertur, vel à quâ infertur, quod hinc particulariter attendendum est; casus enim contumelia, v. g. alapa, specialiter erga reverentem, Dominum, virum gravem, peccatum mortale est: erga æqualem, subditum, puerum, foeminam &c. venialis tantum esse potest: sed ut eò gravior censeatur contumelia, quanto & majori, & à minori infertur: & e contra eo levis quanto & minori, & à majori infertur: inter alia attendenda est materia secundum se, vis, vel levis. *Ratio autem est*: quia cum honor debeatur alicui propter excellentiam seu bonitatem aliquod, eo turpior erit in honoratio, quo fit a majori à minori; & e contra minus turpis, quo fit a minori à majori.

- 140 Denique omninò excusari possunt à peccato contumeliæ, vel convitia, si fiant aut joci causa convenientem animi recreationem, v. g. alicuius vestes defectus objiciendo &c. tunc enim est utilitas, ait D. Thomas q. 72. a. 2. dummodo non sit periculum alterum contristandi, vel ad iram concitandi: tunc enim induet rationem temperantiam contra Charitatem. *Navar. Molina*, alii *Laym. cit. c. 6. n. 2.* Aut si fiat ad justam correctionem ab eo, qui corrigendi jus habet: quod dicitur in Evangelio ipse Christus Luc. 24. discipulis in Eremum dixit. *ô stulti & tardi corde.* Et Apostolus ad Galatas lat. 1. *ô insensati Galata.* Et alibi passim.

ent tamen omnes, hinc cautelam adhibendam esse ;
 & optimè Cardinalis Cajetanus ibid cit. a. 2. Re-
 presentatur enim subditis, quod non ex Charitate,
 sed ex passione procedant : fiuntque deteriores, non
 suscipientes disciplinam ; levisque verba, quam
 verba contumeliosa suscipiunt. Unde Tullius de offic.
 ait omnis animadversio & castigatio contumelia
 vocari debet. At verò contumeliam vel convitium
 inferenti nunquam licet convitium referre vindi-
 ctæ causâ ; sicut nec percutientem repercutere.
 Secus, si fiat ad justam defensionem cum modera-
 mine inculpatæ tutelæ ; ut scilicet non plus rege-
 ras, quam ad injuriam arcendam necessarium sit :
 ut si convitium injustè inferenti coram aliis ad
 enervandam hominis fidem necessariò debeas di-
 cere, eum mentiri, vel mendacem esse, aut etiam
 retorsione uti : ut ex communi supra de detractio-
 ne diximus.

§. III.

Fitque 4. modis, verbo, lusu, factò, scripto,
 I. Verbò.

Contumelia verbò facta, seu verbalis est, quâ
 alicui quodvis vitium, vel defectus objicitur
 in eius inhonorationem, seu dedecus. Et dividi-
 tur in contumeliam strictam, convitium, Impro-
 perium, maledictum. Contumelia strictè sum-
 pra est, quâ objicitur alicui vitium culpæ vel pœ-
 næ, ut vocando furem, adulterum, mendacem,
 furcâ dignum &c. per contemptum. Convitium
 propriè dicitur, cum alicui obiicitur vitium natu-
 rale

rale corporis, vel animi : ut vocando stultum
 ineptum, cæcum, gibbosum, truncum &c. quæ
 spectant vulgaria dicta germanica, à patria
 fertim desumpta. Improprium propriè dicitur
 quo alicui per contemptum obiicitur, vel expo-
 nitur defectus natalium, aut defectus indigen-
 in bonis animæ, corporis, famæ, vel fortunæ,
 luit ab ipso obiiciente sublevatæ. v. g. quid habes
 quid scires ? quid esses ? &c. nisi ego dedis-
 docuisssem &c. vulgare vitium beneficiorum
 structivum, ut benèdistinguit D. Thomas ca-
 72. a. 1. Omnia tamen hæc continentur gene-
 nomine contumeliæ : & si fiant seriò per
 contemptum, aut animò inhonorandi, mortalia
 ex genere suo. Secùs, si fiant ex levitate, p-
 in re levi, vel ad correptionem debitam, juxta
 lô ante dicta. Neque refert, an objecta vitia
 sint, vel falsa, ut ex communi notat *Laym.*
 Et si occulta ejusmodi vitia obiiciantur audien-
 tibus aliis, erit simul contumelia, & detractio.
 casu ex circumstantiis personæ sæpè contingit
 potest, ut idem convitium sit veniale in ratione
 tractionis, puta ex parvitate materiæ, & mortale
 in ratione contumeliæ : ut si viro honorato
 Superiori tuo levem licet defectum coram aliis
 faciem obiicias. Similiter è contra : si vili per-
 sonæ grave crimen coram aliis in faciem obiicias,
 veniale erit in ratione contumeliæ ; mortale
 in ratione detractiois, ut ex dictis constat.
 ledictum denique est vitium quo alicui in
 contemptum mala imprecamur ; quod si seriò fiat

animò, ut eveniat, est peccatum mortale ex genere suo duplici malitiâ; & contra Charitatem, & contra honorem alterius. Eadem tamen ratione, ut supra, ex circumstantiis personarum potest esse mortale contra Charitatem, & veniale solum in ratione contumeliæ, & econtra: ut si Superiori, parenti, viro honorato leve malum in faciem imprecaris, aut econtra personæ vili grave malum. Caterùm regulariter excusatur à mortali & ex levitate materiæ, & ex imperfectione actûs, passione, levitate, consuetudine, & non animò, ut eveniat.

II. Lusu.

Contumelia lusu facta, seu ludicra dicitur, cum 142
 quidpiam ludicrè representatur ad alterius honorem, vel pudorem lædendum, quo spectant irrisio, illusio, & subsannatio. Irrisio propriè dicitur qua aliquis contemptim ridetur vel risui verbis, vel factis exponitur. Illusio est, qua aliquis ludibriò habetur, vel risui exponitur mediante aliqua deceptione; uti factum Christo à Judæis velata facie percusso, & interrogato, *prophetiza nobis* &c. Subsannatio est, qua quis ludibriò habetur moribus corporis vel membrorum, uti itidem factum Christo ibidem Matth. 26. *plectentes coronam de spinis, posuerunt super caput ejus, & arundinem in dextra ejus, & genu flexo ante illum, illudebant ei; dicentes: Ave Rex Judæorum: quo spectant vulgaria signa illusoria, monstrare ficum, asinum &c.* Omnia autem deliberatè & seriò facta

Q 9 2.

sta

cta in contemptum, vel animò inhonorandi, in
 tandi &c. mortalia sunt ex genere suo, nisi rati
 levitas materiæ, imperfectio actus, jocus &c. ex
 cuset. Etenim præter injustam læsionem ho-
 noris ex genere suo mortalem contra justitiam, et
 am continent incussionem pudoris seu verecun-
 diæ, privando eum bonò pacis, & serenitatis me-
 mæ ac conscientiæ, quæ est gravis offensa contra
 Charitatem. Item gravius peccatum est irrisio,
 quàm contumelia seriò facta: quia ita ludibrio
 agendo proximus magis contemnitur, & irritatur
 ac offenditur, quàm si ei defectus sui seriò prop-
 nerentur, vel obiicerentur; ut quilibet experiri
 potest. Item gravius adhuc peccatum est irrisio, vel
 sannatio facta parentibus, vel iis, quos loco patri-
 tum colere debemus: quippe accedente spei
 malitia impietatis contrâ virtutem pietatis, & ob-
 servantiæ. Unde Proverb. 30. *Oculum, qui
 sannat patrem, & qui despiciit partum matris
 effodiant eum corvi de torrentibus, & comedant
 eum filii aquilæ.* Denique omnium gravissimum
 peccatum est irrisio, illusio vel sublannatio
 nomini ob exercitium virtutis; cum perver-
 si animi sit, virtutem ipsam contemptim ludibrio
 exponere; & homo fragilis exinde à studio vir-
 tutis ad vitia perducatur: adeoque scandalum
 male datur, quod in Scriptura vocatur peccatum
*grande nimis: I. Reg. 2. Erat peccatum puerorum
 grande nimis coram Domino: quia revocabat
 homines à Sacrificio Domini.*

III. Facto.

Contumelia opere facta, seu realis dicitur, quâ
quis ipso facto læditur in persona propria, vel
admodum conjuncta, vel ejusdem potestati vel
affectui subjecta: ut subditis, consanguineis, uxori,
sponsæ, liberis, amico singulari &c. ut si quis
pullatus, verberatus, vi inclusus, despoliatus per
rapinam, vel domus ejus vi intrata sit, juxta L. 5.
de injuriis. Est peccatum mortale ex genere
suo duplici malitiâ contra justitiam, seu duplici in-
iustitia: & honoris, & in bonis corporis, vel
fortunæ: rursusque ex circumstantiis personarum
accidit, ut in ratione unius sit mortale, & in ratio-
ne alterius veniale tantum; & e contra: ut si viro
honorato violenter auferas rem levem, v. g. pi-
seum, mortale est in ratione contumeliæ; venia-
le in ratione rapinæ: e contra si homini vili, v. g.
rustico violenter auferas rem gravem, veniale est
in ratione contumeliæ: at mortale in ratione ra-
pinæ. In ratione contumeliæ notandum est do-
ctrina Justiniani Imperatoris institut. de injuriis
arrex. ubi ait: quendam injuriam censeri atrocem
graviusque puniendam, quæ æstimari debeat: vel
ex facto, veluti si quis vulneratus sit, aut fustibus
cæsus: vel ex persona, ut si magistratus injuriam
passus sit; vel si Senatori ab humili persona injuriâ
facta sit; aut parenti: vel ex loco, velut si cui in
theatro, vel in foro, vel conspectu Prætoris inju-
ria facta sit &c. Nonnunquam & locus vulneris
atrocem injuriam facit, veluti si in oculo quis per-
cussus fuerit. Hæc Imperator.

Q 9 3

IV.

IV. Scripto.

144 **C**ontumelia scripto facta, seu famosa, dicitur in jure libellus famosus, quo quis animo mandandi, alterius crimen vel defectum, scripto appenso, vel injecto, aut publico loco affixo, in vulgus sparso evulgat (quo spectat etiam per ra famosa; ut alterius januæ cornua, patibulum &c. appingere, animo diffamandi.) Peccatum mortale gravissimum contra justitiam, scilicet solum simul graviter, & famæ, & honoris alterius. Atque non tantum qui composuit, edidit; verum etiam qui inventum non laceravit, vel igne consumpsit, sed manifestavit, capitali poenâ pleitur. Jure civili. *L. 5. ff. de injur. & L. 1. C. de fam. libell.* Jure autem Canonico perpetuæ poenâ pleitur à Gregorio XIII. constitutione facta. Excipiunt tamen DD. communiter, & à culpa, quam à poenâ incurrenda excusant, quis libellò famosò crimen verum objiciat, quando alius modus publicum scandalum vel detractionem avertendi non suppetit: imò actus Characteris erit, ejusmodi scriptò publicum alicujus criminis vel defectum, eo tempore & loco manifestatum, ut soli ejusdem Superiori, vel comunitàti potius ad debitam correctionem innotescat. Vide *Lessium. Laym. loc. cit.*

Per se omnia semper ejusdem speciei.
145 **O**mnes prætatae, & similes contumeliae injuriæ contra honorem proximi, quantum est ex hoc capite, per se sunt ejusdem speciei prætatae; cum objectum formale, scilicet injuria

sio, vel diminutio honoris proximi, in omnibus
idem sit: ut ex comuni notant Laym. lib. 3. rr. 3.
p. 2. c. 6. num. 5. Tamb. lib. 9. Decal. c. 3. §. 8.
num. 3. Adeo ut in confessione non sit opus explica-
re illos varios modos, quippe materialiter tantum
differentes; sed sufficiat dicere: contumeliam
gravem intuli proximo. Dico autem quan-
tum est ex hoc capite per se: nam aliunde & per
accidens sapissimè accedit alia peccati species ne-
cessario in confessione explicanda: si enim contu-
meliam inferas simul lædendò famam, utique ex-
plicare debebis: si contumeliam inferas, vel illu-
das alteri ex odio, contemptu, vindicta &c. ma-
nifestè peccas distinctò peccatò odij: si alicui,
quem advertis (vel forè iatendis) commotum
iri ad iram, vindictam, blasphemiam &c. addes
peccatum speciale scandali contra Charitatem: si
alicui, qui exercet actum virtutis vel pietatis Chri-
stianæ; addes speciale peccatum contra virtutem
Religionis, spectans ad peccatum in Spiritum San-
ctum: si parenti, Superiori, ipsi Deo, vel San-
ctis: addes speciale peccatum blasphemix vel im-
pietatis: si contumeliam facias occidendo, verbe-
rando, spoliando, virginem invitam, vel consan-
guineam constuprando; jam vides specialia distin-
cta scelera, homicidij, rapinæ, stupri, incestus &c.

§. IV.

*Ideoque inducit obligationem reparandi
honorem.*

Nimirum quatenus contumeliosus reverà da-
mnum infert inhonorato, non verò quate-
nus

Q 9 4

nus

nus præcisè in injuriam infert. Hic ex supra mutatur
 rursus valdè notanda est differentia inter læsionem
 famæ, & honoris, quoad restitutionem: contumeliam
 enim seu bona existimatio de aliquo est aliquid
 existens in bonis illius, cui detrahitur: Unde
 injustam detractionem semper aufertur alicui
 quod jam possedit; & sic ei semper damnum
 fertur, & detrahens semper ad restitutionem
 obligatur. Honor autem non est aliquid
 existens in bonis ejus, cui aufertur; cum
 commune dictum honor sit in honorante: nec
 que qui alterum positivè, vel negativè inhonorat
 non aufert ei aliquid, quod jam possederat, sed
 solùm negat ei id, ad quod ab ipso accipere
 jus habet: unde per se loquendo solùm inferatur
 injuria, non autem damnum propriè loquendo.

147 II. Quòd si ergò læsio honoris negativè,
 positiva solùm inferat injuriam, & nullum
 num: ut si cui secluso omni damno vel contumelia
 ab aliis inferendo, neget signa honoris detrahens
 quem solùm nemine audiente, voces stultum, al-
 terum, spurium, percutias, illudas &c.
 universaliter quodcumque inhonoratio vel con-
 tumelia privatim facta est, neque in aliorum
 ciam culpâ tuâ pervenit, nulla erit obligatio
 restitutionis propriè loquendo, sed solùm satisfactio
 nis, v. g. veniam petendo: ut ex communi
 docet cum aliis Molina *tr. 4. disp. 46.* & ex
 Laym. *c. 7. n. 6.* Ratio est: quia juxta alibi
 pro sola injuria secluso damnò, nulla est restitutio
 faciendâ ante Judicis sententiam ex justitia com-

mutativa, sed solum ex Charitate satisfactio, seu reconciliatio fraterna: atqui ex inhonoratione vel contumelia privatim facta, nullum inferitur damnum inhonorato, ut patet, sed mera injuria, & offensa; ut nimirum eum contristes, & à te alienes: ergo exinde non teneris ad restitutionem honoris propriè ex justitia, sed solum ad satisfactionem ex Charitate, seu reconciliationem, ut nimirum erratum agoscendo, veniam petendo, aliòve competenti modo ipsius animum offersum tibi reconcilies, juxta præceptum Christi Matth. 5. *Si offers munus tuum ad Altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid adversum te &c. vade prius, reconciliari fratri tuo.* Idque fatetur alioquin adversarius Lugo disput. 15. sect. 4. quæstionem esse de nomine.

III. At verò ordinariè læsio honoris per inhonorationem, vel contumeliam etiam est damnosa inhonorato, quatenus nimirum per inhonorationem vel contumeliam coram aliis irrogatam privatus est honore ab aliis committere exhibendo; quia nimirum, ut supra dictum, aufertur ei status suæ excellentiæ vel dignitatis ab aliis æstimante, unde ei honor ab omnibus debebatur, & constituitur velut in statu indignatis ab aliis æstimandæ; unde ei honor amplius non debeat: & ideo semper accedit etiam læsio famæ, seu bonæ estimationis suæ: & talis tenetur utique ex justitia inhonorato coram aliis, honorem læsum restituere, seu redintegrare, conando alios, quantum in se est, omni modo, & ratione congrua permovere, ut

de homine, sicut prius, benè, honorificèque
 tiant, ei consuetum honorem exhibeant &
 149 IV. Modus autem restituendi honorem
 quiritur, & sufficit, qui secundum gravitatem
 juræ, qualitatem personarum, consuetudinem
 eorum, aliàsque circumstantias, prudentis
 ciò reputatur sufficiens ad reparandum honorem
 apud alios læsum. *Primus & efficacissimus*
modus restituendi honorem est, coram aliis ab in-
onorato veniam petere cum signo doloris; & ma-
ximè convenit inferioribus ergà majores ac
æqualibus: Superiores enim, Principes, Do-
ni, Parentes &c. non tenentur veniam petere à
ditis vel inferioribus offensis; ne, dum nimis
vatur humilitas, regendi frangatur auctoritas,
 ait S. August. in Regula. Sufficit ergò ipsi
 signa honoris, vel benevolentia exhibere. *Secundus*
 modus restituendi honorem, maximè conveniens
 inter æquales, est, inonorato notoriè extraordi-
 naria signa honoris & benevolentia ostendere, ut
 ad mensam invitando, locum honoratiorem oc-
 buendo, ei vel aliis in sanitatem ejus propin-
 &c. ut prudentis judiciò novus honor exhibeatur
 apud alios omninò deleat priorem dehonora-
 tionem, vel contumeliam illatam. *Tertius* modus
 restituendi honorem competens majoribus, vel su-
 perioribus, maximè ergà inferiores est, aliqua
 signa honoris & benevolentia exhibere inonorato
 quæ aliàs tali personæ non solerent exhiberi: ut
 honorifica salutatione, allocutione, amica com-
 platione, beneficio, vel obsequio aliquo speciali

illisve signis, verbis, vel factis significando inhonoratum antea, non amplius despici à se, sed velle omnino in suo debito honore esse apud se, & alios. Quos modos bene notet Confessarius, ut poenitentibus juxta conditionem personarum suam obligationem discretè significare possit. *Quartus* denique modus est, si per inhonationem vel contumeliam verbalem maximè, etiam fama læsa fuit, utique & hæc restituenda erit, juxta dicta *señ. 4.* sicut etiam si per contumeliam quamvis aliud damnum illatum fuit in bonis corporis, vel fortunæ; v. g. gravi percussione, rapina &c. & illud damnum compensandum esse nullus dubitat, & ex antè dictis nosse debes.

CAPUT V.

IN SEPTIMUM ET DECIMUM:

PRÆCEPTUM DECALOGI

Textus.

Non furtum facies.

Et

Non concupisces rem proximi tui.

Explicatio Septimi Præcepti

Septimò hóc præceptò formaliter negativò, nomine furti latè accepti, prohibetur omnis injuria seu injusta læsio vel damnificatio proximi in bonis temporalibus fortunæ: & ex consequenti, eodem Præcepto, quatenus virtualiter & implicite